





R.478551











Speculū peccatoris / editū a beato Augu-  
stino: incipit feliciter.

¶ Boniā carissimi in vīa huius vite fugientes su-  
mus. dies nostri sicut vmbra p̄tereunt. necesse est  
9 igitur corde sollicito memorari sepius: qđ nostra  
fragilitas / nostra mortalis infirmitas totiēs co-  
gitur obliuisci. Quid est illud qđ ipse dñs noster /  
nostre sui gratia volens profectū: per beatum Moisen nobis  
tribuit consiliū dicens deuteronomii xxxii. ca. Utinā sapent  
et intelligerēt / ac nouissima prouiderēt. Ep̄a frater mi ec-  
ce feliciter euadere mortis periculū si diligēter studeamus cō-  
siliū sequi diuinū / qđ est mortis remediū. salutis antidotū.  
peccatoris speculū: cū nobis nūciat dicens: Utinā sapent etc.  
○ salutifera saluatoris sentētia ex qua nobis instructio sapi-  
entie / admonitio cōtinētie / speculū prouidētie / exaltatio pe-  
nitētie / acquisitio diuine gratie nobis proueniūt. ○ admi-  
randa bonitas creatoris. ○ ineffabilis caritas redēptoris.  
○ predicanda bonitas nostri saluatoris. nos serui nequā su-  
mus. serui negligentes / serui inutiles: qui nostris exigētibus  
demeritis mortē meruimus potius q̄ vitam. Et ecce pius  
actor vite / ipse dator venie / ipse largitor gratie nos inuitat  
ad salutē dicens. Utinā saperent et intelligerent ac nouissi-  
ma prouiderent. Quis nisi periturus homo hec audiēs  
ista cōsiderans nō vehementissime gratulatur / et vltra q̄ fa-  
ti possit exultet in gaudio spūs in vtero eius: qđ ipsi omni-  
potenti deo / ipsi regi seculoz / ipsi angeloz dño / ipsi creato-  
ri omniū creaturarū cura est de nobis infirmis et miseris  
ac mortalib⁹. Cura ergo permaxima nobis inesse debet qua-  
tinus pre omnibus et super oīa sacris eius preceptis diligē-  
ter obediamus et ea deuote diligamus et studiose ea implea-  
mus: ne nobis imperpetuū irascat. qm̄ teste apostolo mise-  
a. i.



rabiliores oībus erimus ac deteriores si hec fecerimus. Vere  
ad exequēda domini mādata ociosi et inanes existimus nisi  
in primis omnia odio habeamus que ipsi dño displicere co  
gnouimus et illa fideli corde diligamus / que tremende eius  
maiestati placere credimus. Proinde die nocteq; exorandus  
est ipse clemens et misericors dñs qui suū causa salutis pres  
tat cōsiliū dicens. Utinā saperent etc. **O** fratres carissimi  
intelligite queso que legitis. consideratio enim huius senten  
tie destructio est superbie / extinctio inuidie / medela malicie /  
et effugatio luxurie / euacuatio vanitatis et iactantie / cōstru  
ctio discipline / pfectio sanctimonie / preparatio salutis eter  
ne. Ait igitur Utinā saperēt etc. heu heu q̄ paucoꝝ est ista vir  
tus. pauci sunt qui salutarē hāc nostri saluatoris sapiēt sen  
tētiā. pauci sunt quibus est ante oculos proprie fragilitatis  
cognitio / carnis corruptio / peccatoꝝ recordatio / instantis  
mortis meditatio / fetentis gehenne putei consideratio. Ecce  
q̄ vile speculum peccatori. Reuera bone frater si te sepius  
in hoc speculo perspexeris eris absq; dubio sanone fortior.  
dauid cautior. salomone sapientior. Illi autē in hoc speculo  
sepius cōsiderare neglexerūt: ideo carnis sue excecatis delide  
riis corruerūt. Igitur si tantī viri tam horribiliter lapsi sunt  
in culpam quibus affuit tanta fortitudo et sapientia / quan  
ta cautela q̄toq; studio nobis est vigilandum quibus inest  
tanta debilitas / tantaq; imperitia. Porro tres viri isti vali  
di: ideo legimus in sancta ecclesia vt sint fidelibus nō ad ex  
emplum / sed ad speculū cautele. quatinus nemo nostrum in  
sua confidat fortitudine. nullus presumat de sapientia. imo  
semper timidi. semper reatus nostri cōscii. semper de nostra  
salute sumus solliciti nūq̄ nostre corruptionis et nostre mor  
talitatis obliui. Qui vero huiusmodi verba negligenter at  
tendunt nō sapiunt neq; intelligunt nec nouissima prouidēt  
et sic in mortem et damnationem vadunt. Ut igitur mens  
nostra circa prudentie studium euigilet dñica nos hortatur



sententia dicens. Utinam saperent &c. hanc admonitionē salu-  
liferam oculo rationis consideres carissime: nō transitu  
immo cū studio et deliberatione sepiissime reuoluendo. quia  
sicut thus non redolet nisi ponatur in igne: ita nulla sacre  
scripture sapit sententia nisi cocta sit in corde. Igitur diligi-  
te hec verba. Utinā saperēt &c. Ecce frater carissime hic tria  
tibi in hoc ponuntur/ scilicet scientia/ intelligentia et prou-  
dentia. Vult igitur dñs vt scias et intelligas insuper et pro-  
uideas. Vult vt scias vitam presentem fugitiuam/ periculo-  
sam/ breuē/ miseris tabelcentem/ vniuersē vanitati subie-  
ctā. peccatorū sordibus pollutā/ cupiditate corruptā/ in breui  
periturā. quatinus q̄to infelicioꝝ mundus esse conspiciatur  
tanto facilius pro amore celestis patrie cōtēnet̄. Vult itaq̄  
dñs vt fragilē cōditionē tuā intelligas sic meditādo videli-  
cet quia nudus egressus de utero matris tue: nudus reuer-  
teris illuc. quia terra es et in terrā ibis. In huius vite mise-  
riā nudus intrasti lugens. dies tuos in dolore et erumpna  
pertrāsisti. cum luctu et labore hunc exiturus es. Intelligas  
igitur q̄tū sit ingressus tuus flebilis. progressus tuus debi-  
lis/ et egressus horribilis. Intelligas igitur q̄tum sis in hac  
valle miserie exul et egrotus/ virtutibus pauper et modi-  
cus/ labilis/ infirmus/ ac in proximo moriturus. Frater fe-  
lix eris si huius verba intelligas et in corde tuo quasi in li-  
bro scribas/ et hanc meā quā tibi trado regulā seruare stude-  
as. Versus. Viue deo gratus toti mūdo tumulatus. Crimi-  
ne mundatus semper trāsire paratus. ¶ Q̄ btūs vir cuius  
aīa circa huius mundi studiū euigilat: q̄ prudenter sapit et  
intelligit ac nouissima prouidet. Carissime tu ergo fac simi-  
liter. Legisti iam in isto speculo peccatoris quid sane sapias  
quid intelligas: restat vt nouissima prouideas. Ora igitur  
cum propheta et dic. Notum fac michi domine finem me-  
um et numerum dierum meorum qualis est: vt sciam quid



desit michi. **O** utilis oratio. o felix cōtemplatio. o necessaria  
postulatio. nō plane tempora vel momenta que pater posuit  
in sua potestate deposcis. sed q̄ si aduena ⁊ peregrinus in hu  
ius erumpnose peregrinatiōis exilio: homo infirmus et exi  
gui temporis super terrā: intelligas ergo et cognoscas. Vti  
nam saperēt ic̄. id est peccata preterita q̄ sint amara. Vnde  
ieremias. ii. ca. Vide q̄ amarū sit et malū dereliquisse te deū  
tuū. malū est in culpa: amarum in pena. Et intelligerent / id  
est presentia q̄ sint vana. eccle. i. Vanitas vanitatum ic̄. Et  
nouissima prouiderent ic̄. scilicet eternitatem glorie quantū  
ad bonos / et mortis q̄tum ad malos: vt sibi prouiderent cō  
tra sterilitatē futuram sicut ioseph. gen. xli. et ecclesiast. viii.  
In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua: et in  
eternum non peccabis. Reuera carissime frater si presentis  
vite tue breuitatem attendas / et quid tibi deest in agēda deo  
condigna penitentia / in disciplina preceptorum eius obser  
uanda. in sanctitate coram ipso perficienda: saperes et intel  
ligeres et mortem ante oculos prospiceres: mox sine dubio  
sine mora spretis pompis / postpositis mūdi curis / despectis  
carnis illecebris / proiectis voluptatibus / contemptis deli  
ciis in custodia tua vigilares / ac nouissima tua prouidēter  
prouideres. Sapientis enim est nō tam cuiuslibet rei inspi  
cere inīcium q̄ finem / exitumq̄ prouidere. Deniq̄ felix esse  
comprobatur qui sic cogitat de supplicio ante supplicium vt  
postmodum supplicii effugiat periculum. Dicis ergo michi  
paratus sum pre omnibus acquiescere diuino consilio vt sa  
piam et intelligam ac nouissima prouideam. Sed que sunt  
mea nouissima? illa vtiq̄ de quibus spūs sanctus tibi per sa  
lomonē loquitur vt supra dictum est. In omnib⁹ operibus  
tuis memorare nouissima tua et in eternum non peccabis.  
Non melius poterit caro luxuriosa domari: Mors tua qua  
lis erit quā semper premeditari. Et si talem meditationem



habueris: felicem te dicent omnes generationes. Meditatio  
enī nichil aliud est q̄ mētis ditatio. peroptime mens tua di-  
tatur q̄n̄ contra cuncta aduersantia prouidentie scientia illu-  
strat̄. Legitur enī in poeta q̄ centū lumina cinetū caput ar-  
gus habebat: quod ita potest intelligi. q̄a ex omni parte sui  
intra mentis sue circumspectionē prudentiā possidebat. Igi-  
tur si tāte studio cautele pollebat poeta paganus: multo for-  
tius puriorē prudētie oculum debet habere quilibet christia-  
nus. Esto igitur alter argus: imo illo cautior / illo studiosior  
illo prudentior: ut sapias et intelligas / ac nouissima prouī-  
deas. hec enī sunt nouissima que prouidere sollicite summa  
totius prudentie est. utiq̄ illa terribilis hora in qua misera  
aīa tua ex hoc corpusculo corruptibili timens est egressura.  
Crede michi tu qui legis hec: ad huius enī rei tremendā cō-  
siderationem maluisse debueras prouidētiam prouidere q̄  
totius mundi dominationē. Utinam igitur sapires que dei  
sunt: et intelligeres que mundi sunt / et prouideres que infer-  
ni sunt. profecto deū timeres / superna appeteres / mundum  
contemneres / et infernū horreres. In illa nimis metuenda  
extrema hora tua / quis amicorum / quis parētum tuorum  
ueniens cum gladiis et armis poterit auxilium facere? nō  
erit tunc qui consoletur te ex omnibus caris tuis respiciēs  
ad auxilium hominū: sed refugium tuum tantummodo est  
apud deū. Cogites igitur tecum carissime quo timore timē-  
dus / quo amore diligendus / quo honore reuerendus sit ipse  
deus iesus christus dñs noster qui salutis presidiū solus pre-  
stare poterit post mortē. Reduc ergo carissime sepius in me-  
moria illum extremū exitus tui diē. et anteq̄ misera anima  
de carcere carnis exeat prouideat quo vadat. Istiusmodi re-  
cordatio contritionem concipit. contritio compunctionem  
parit. compunctio cōtemplationē / scilicet piū et humilē affe-  
ctum in deū. piū videlicet ex fiducia adiutorij diuine boni



tatis et clementie. humilem ex cōsideratione proprie fragili-  
tatis et miserie. hic frater attēde quid enī est in omni scia q̄  
hoiēmpuocet facilius ad sui custodiā: omnē iniustitiā expel-  
lendā / ad sanctitatem in timore dei perficiendam: q̄ sue cor-  
ruptionis cōsideratio / sue mortalitatis certa cognitio. po-  
stremo tremēde sue mortis recordatio. Tunc enim homo fit  
non homo / hoc est q̄n egrotescit egrotando egritudo crescit.  
peccator expauescit / cor contremiscit / sensus euanescit / vir-  
tus exarescit / vultus palefcit / facies nigrescit / oculus tene-  
briescit / auris surdescit / nasus putrescit / lingua fatefcit / os  
obmutescit / corpus tabescit / et caro marcescit. Tunc carnis  
pulchritudo fetor efficitur: et putredo. Tunc homo resoluitur  
in cinerem et vertitur in vermē. Ecce satis horribile specta-  
culum: sed est nimis vtile speculum. q̄n nulla artis medici-  
na nullaq; doctrina sic superat superbiam / nec vincit mali-  
ciā / nec sic extinguit libidinē / nec sic mūdi calcat vanitatē: si-  
cut huius horrende mortis meditatio. Ergo omnes vtinā  
saperent et intelligerent ac nouissima prouiderent. Et quid  
huic mundo tantū vilefcit sicut homo cuius corpus cum sit  
exanime nō permittitur esse infra domū triduo p̄ fetore: sed  
vt vile stercus foras proicitur / in profūdo terre absconditur /  
putredini traditur / vermibus esca datur. Erubescat igitur  
superbus et infelix peccator et timeat elatione cecatus / ira  
inflatus / impatiens vitio fedatus. cui plus placet ars aristo-  
telis q̄ sciētia de apostolis. plus codex platonis: q̄ libri de di-  
uinis. quē nulla sciētia edificat / nullus sermo sapit nisi fue-  
rit grāmatice confectus / dialectice imaginatus / rhetorice  
purpuratus. Stultus es qui hec ignoras: et erras: quoniā qui  
talia agunt et in talibus dies suos cōsumūt: peccata sibi ge-  
nerant et mortē parent. quia ex simili studio simile concipi-  
unt cōscientiā. hec enī folia colligunt nō fructus. i. verba nō  
virtutes. verba enī ventum proferunt et aerem verberant /



verbositatē sonant/ iactantiā ostēdunt. De quibus ps. Mo-  
ti sunt sicut ebrius. omnis sapiētia eorū deuorata est. Sicut  
enī ebrius nescit quid agat aut quo vadit. eo q̄ semetipsum  
ignorat. ita insipiētes clerici seculares in bibendo huius mū-  
di scientiā se cōturbant/ libros deuorant/ sentētiās multipli-  
cant: sed quid agant penitus ignorant. quia ad quē finē ten-  
dant miseri prorsus ignorant. ¶ Utinā tales saperent et in-  
telligerent etc. Si enī vite sue fugitiue breuitatē ppenderent  
Si damna dierū suorū ante oculos suos conuerterent. Si q̄  
tremendo iudicio nō tantū ex operibus corū mortuis: imo  
de omni verbo ocioso rationē reddaturi sunt p̄uiderēt: mor-  
terrore p̄territi/ morū diuino amore p̄culli: vana vite huius  
relinquerent/ et de studio vanitatis venirent ad studiū veri-  
tatis. de studio stultitię ad studiū sapientię. de studio curiosi-  
tatis ad studiū sanctę humilitatis. de scola luxurię et prauis-  
tatis: ad studiū mundicię et castitatis. de via iniquitatis: ad  
viam sanctitatis. de domo conuersationis mendaciū: ad do-  
mū sanctę discipline. iuxta prophetā. Apprehendite discipli-  
nam ne pereatis. ¶ q̄ terribilis sententiā his qui disciplinā  
nō apprehendūt: quia peribūt. Vnde dñs p̄ Moysen. Omnis  
aīa que afflicta nō fuerit die hac peribit. afflicta supple p̄ di-  
sciplinā. per morū correctionē. p̄ penitentię satisfactiōē. per  
cordis contritiōē et conscientie puritatē. die hac. i. in p̄senti  
tempore. Qm̄ qui nō suscipit modo tempus penitentię: post  
mortē nō inueniet locū indulgētię. Quapropter tu time pec-  
cator tu caro sup̄ba. vile cādauer quē adhuc videntē dei mes-  
quotidie comedūt qui in tuo corpore generant. Contere su-  
perbiā. profice vanitatē. fuge luxuriā. apphēnde disciplinā  
ne pereas. Vide in hoc speculo quid es. quid eris? cūsus con-  
ceptio tabes menstrua. origo lutū. putredo finis. Utinā ergo  
saperes et intelligeres ac nouissima prouideres. Ecce frater  
te cōuenio ut quicquid agāt alii sis memor ipse tui. vilescat



tibi mundus plusq̄ tu mundo. huius tante calamitatis mi-  
seriā considera attentius / et cū propheta ingemiscens dicit. **Iniquitatem meā annūciabo: et cogitabo pro peccato meo.**  
**Qm̄ ego in flagella paratus sum: et doloꝝ meus in cōspectu**  
**meo semp.** Etiā dicit cū apostolo. **Infelix ego homo. quis me**  
**me liberabit de corpore mortis huius?** Attende igit̄ in illa  
terribili hora de qua loquor: misera peccatoris aīa / q̄ de mū-  
do exitura es. quo exitura et itura es? adertūt mox ministri  
maligni uelut leones rugiētes: ut rapiant predā suam. s. ani-  
mā peccatricē. tunc subito patebunt horribilia loca penarū.  
chaos et caligo tenebrarū. horroz miserie et tribulationis. ter-  
roz et tremor angustie et cōfusionis. dolor horrende visionis  
horroz tremēde mansionis / ubi locus flentiū. ibi stridor den-  
tiū. ubi mors vermiū. ibi clamor lugentiū. ibi luctus gemē-  
tiū et clamantiū miserorū: dicentiū. **De de de nobis filiis eue**  
**cūq; hec et his similia. imo milesies plusq̄ dici potest peiora**  
**miserā aīa audierit viderit et senserit / qualis quātusq; ter-**  
**roz timor et tremor erit in ea. que lingua potest dicere? quis**  
**liber exponere. Quid tunc proderit scientie iactantia? seculi**  
**pompa. mūdi vanitas. terrene dignitatis cupiditas. calcia-**  
**menti iocūditas. carnis mollicies. uentris ingluuies. ciborū**  
**superfluitas. crapula et ebrietas. domorū constructio. p̄ben-**  
**darū acquisitio. diuitiarū aggregatio? nūquid hec oīa pote-**  
**rūt miserā animā eripe de ore horrendi et horribilis leonis /**  
**et de maledicti fauce draconis? hanc utinā lectionē legat et**  
**intelligat / et in corde retineat quisquis implicatus peccatis**  
**amore mundi et carnis debeat. cui plus placet venenosa**  
**voluptas: q̄ anime sanitas. Legat igitur istam lectionē qui**  
**hmōi est / et speculet̄ in hoc speculo peccatoris speciē suā. Cō-**  
**sideret quid sit / vnde veniat. aut quo vadat ppendat. p quā**  
**semitā metuendā / et iter tenebrosū: p quorū horrendas ma-**  
**nus misera eius aīa trāsitura est. O stulte peccator. q; ista cō-**

ps

169 v. m. i. r.



considerare nescis siue p̄meditari. quia non vis ista p̄uidere: ne-  
gligis. ideo sepius te inuadit superbia. exagitat ira. excrucia-  
at malicia. vulnerat inuidia. inflamat luxuria. fatigat pi-  
gritia. ligat auaritia. quia horrenda iminentia tibi tormēta  
prudenter nō respicis: idcirco cōtumax. iniuriolosus / et obsti-  
natus sepe efficeris. piger et accidiolosus ad opus diuinū ac-  
cedis / et illud negligenter agis. quare? quia nō vis p̄uidere  
quo vadis. Utinā igitur scapes et intelligeres / ac nouissima Leo  
prouideres. Tremendus est iste aspectus: ut dicit Leo papa:  
cui peruiū est omne solidū. apertū omne secretū. cui obscura  
clarent. muta vident. silentiū cōfiteatur. mens sine voce loqui-  
tur. Si ille serpens antiquus et sathanas aulus fuit impe-  
tū facere in animā sanctissimā beati Martini dum euolare  
vellet in celū. quomō timendū est tibi peccatori et trementi  
p̄meditandū. qm̄ horribiliter occurret aīe tue misere ille ho-  
stis aīaz amarissimus. Ep̄a frater carissime precogita / et  
nunq̄ ab animo tuo recedat q̄tū illa beatissima virgo p̄pe-  
tua aīe sue prouidebat. que (ut legimus) exorauit filiū suū  
specialiter ut maligni spiritus in eius transitu nō adessent.  
O si tanta et tā deo cara anima visionē nefandorū spiritūū  
dubitabat. quid faciet anima peccatrix. quomō poterit stare  
ad horrendū aspectū eius? Certus esto q̄ timor huius hor-  
rende bestie omne genus tormentorū superat plusq̄ queat cogi-  
tari. Propter quod propheta dauid quasi pavidus ad orati-  
onē confugit: dicens. Exaudi deus orationē meā cum depre- ps  
cor: a timore inimici eripe animā meā. et vide q̄ notabiliter  
dicit a timore: nō a potestate / ad insinuandū q̄ maxia sit pe-  
na. q̄ intollerabilis sit error vel timor ip̄ius inimici. heu fra-  
ter mi si talis i tantus est timor anime peccatrici ex solo sa-  
thane visu: quātus horror. quanta afflictio erit eius tactus?  
imo q̄ horribile habitare cum eo in gehēna. O stulti filii ho-  
minū ut quid diligitis vanitatē / et queritis mendaciū? Qui



enī diligit iniquitatē odit animā suā. **O**dit etiā deus peccatores. Perfecto odio oderā illos: sed misericordiā exhibet penitentibus. Quare ergo mores vestros non corrigitis? Quare mandata dei contemnitis / salutiferūq; eius consiliū non auditis? Quare nō sapitis et non intelligitis / ac nouissima nō prouidetis? hinc est q; dñs terribiliter alloquitur peccatores: dicēs. Ego inquit in interitu vestro ridebo / et sublanna bo cum vobis quod timebatis aduenerit. **O** q; metuēda hec dñi sententia. Utinā lector sapiens et in palato cordis q̄tū cōtineat amaritudinis: q̄tū ue formidinis. quia reuera si scires: omni die et hora vitam tuā custodires. Sed scripturas negligēter legis. actus vite tue. mala que facis. peccata q; cōmittis / facta / dicta / opera non sapienter respicis. Velox ad mensā. tardus ad ecclesiam. potens ad potandū: sed eger ad psallendū. puigil ad fabulas: somnolētus ad vigilias. pax ad loquendū: sed tardus et mutus ad benefaciendū. proptus ad iram et detractionē: piger ad orationē. inuidie amator: sed christi pauperū persecutor. festucā in alieno oculo respiciens: trabē in oculo tuo nō vidēs. alienorū facta cōdemnās sed tua nō considerans. ceteros rephendis: teipsum nō corrigis. alios vituperas: et te collaudas. malicie inuentor: discipline destructor. amicus vitiorū: et hostis virtutū. hec sunt q; hominē execant et a deo separant. hec sunt que monachū faciunt demoniacū. conuersum efficiūt puerlū. clericū hereticū. christianū anti xp̄m. Qui enī christianus nō est: anti xp̄s est. Nō est christianus qui vita et moribus xp̄o cōtrarius est heu vir insipiens nō cognosce / et stultus non intelliget hec Et ideo sicut dicit idem propheta. Simul insipiens et stultus pibunt. Sed que distantia est inter stultū et insipientem? **O**mnis stultus est insipiens. Insipiens enī dicitur quasi nō sapiens. Multi enī manēt qui sapientes nō sunt: et tamē stulti non sunt. Multi iusti sunt. et multi iusti nō sunt: et tamen



Iniqui nō sunt. Vis noscere quis sit insipiens / et quis stultus  
Insipiens est qui se a paradisi gaudiis peregrinū esse nō cō-  
siderat: qui se exulē in hoc exilio nō attēdit. Stultus est qui  
licet ista cognouerit: liberari tamē a mundi miseria per vite  
meritū nō intendit. Item insipiens est: qui nō credit futura  
supplicia reprobōꝝ esse ppetua / et gaudia iustorum eterna.  
Stultus est autē qui licet ista crederit: tamē ut ppetuā mor-  
tē euadat / et gloriā eternā caste viuendo pieq; conuersando  
acquirat: non intendit. Iusto ergo dei iudicio simul insipies  
et stultus pibunt / quod tamē nō fieret si saperēt et intellige-  
rent / ac nouissima prouiderēt. Ecce frater mi iam legisti  
iam vidisti ī hoc speculo peccatoris quid sapias. quid intelli-  
gas. q̄ nouissima prouideas: **Su**perest igitur ut diligenter dis-  
cas et in corde tuo serues ut sane sapias et recte intelligas /  
et ut nouissima tua prudenter prouideas: ut p hoc eternam  
damnationē euadas / et cū domino nostro Jesu christo vitā  
eternā possideas. quod tibi cōcedat ille qui est benedictus in  
secula seculōꝝ. Amen.

**Speculū peccatoris finit feliciter.**








1871  
1872  
1873  
1874  
1875  
1876  
1877  
1878  
1879  
1880  
1881  
1882  
1883  
1884  
1885  
1886  
1887  
1888  
1889  
1890  
1891  
1892  
1893  
1894  
1895  
1896  
1897  
1898  
1899  
1900







8au

DIPUTACIÓ DE BARCELONA

Biblioteca de Catalunya

Reg. 478.551

Sig. 1515

Mar. 247-8º

BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001961164



